

1738, 11

13

FACULTATIS JURIDICÆ  
DECANVS,  
CONR. WILHELMUS  
Strecker, JCTUS,

PRÆFATÆ FACULTATIS ET JVDICII  
ELECTORALIS PROVINCIALIS ASSESSOR, PRO-  
FESSOR COD. PVBLICVS ORDINARIVS, CL-  
VITATIS SYNDICVS ET CONSVL  
PRIMARIVS,

AD

AVDIENDAM LECTIONEM CVRSORIAM

*ad Cap. consuetudinem. un. de Cleric. non resident. in ecclief.  
vel præb. in 6to.*

ET

DISSERTATIONEM INAUGURALEM

*AD DIEM IX. SEPTEMBRIS, MDCCXXXVIII.*

LECTOREM BENEVOLVM

PERHVMANITER INVITAT.

---

ERFORDIÆ,

Typis JOHANNIS CHRISTOPHORI HERINGII,  
Acad. Typogr.

FACULTATIS IURIDICAE

DECANVS

CONR. WILHELMVS

DE IURIS

PRÆFATE FACULTATIS ET IUDICII

PROVINCIAE ASSessor. PRO

CESSOR GOD. PARNVS ORDINARIVS. CI

LIAS IURIS ET CONSUL

PRIMARIVS

AD

ACADEMIAM IURIDICAM CASSANAM

IN IURIS

AD

DSSERTATIONEM IN IURIS

IN IURIS

LECTOREM BENEDICTVM

PERM. MISSER IURAT

FRANC. JOHANNIS CHRISTOPH. HERINGII

Acad. Typogr.





**I**nter illa duo Christianorum, videlicet clericorum & laicorum, genera in Ecclesia militante præcipuum magis, dignius ac nobilius clericorum genus est; siquidem Personæ Ecclesiastica in sortem & hæreditatem Domini vocatæ, à curis & negotiis sæcularibus abstractæ non amplius mundo, sed soli Deo vivere obstringuntur. Quò autem altiori in dignitate sunt constitutæ, eò virtuosiores & magis exemplificativam vivendi viam perambulent necesse est, ita, ne vel sacrosancta ministeria, ad quæ piè ac devotè peragenda destinata sunt, supremo Numini reddantur abominanda, vel Sæcularibus, quibus exemplis pietatis ac devotionis attractivis præluce deberent, occasio scandali suppeditetur. Quare præprimis internæ honestati, conscientiæ nitenti, animæ puritati studeant oportet, quia ex mala animi conspurcati dispositione bona opera prodire nequeunt, neque Deo obsequium, quod ex infecta & maculata radice procedit, placere potest. Cum hac interna mentis honestate exteriorem morum compositionem juxta saluberrima sacròrum Canonum & Concilii Trident. *Sess. 22. Cap. 1. de reformat.* monita conjungant, ita, ut habitu, gestu, incessu, sermone aliisque omnibus rebus, nil nisi grave, moderatum ac religione plenum præferant. Ad hanc morum compositionem quàm maxime conducit, si continenter vivant, à vulgari vita, mundique voluptatibus, imò ab omni specie mali abstineant, nihil enim Personas ecclesiasticas magis commaculat, quàm immunditiæ flagitium. *Cap.*

13. X. de vit. & honest. Clericor. Non spectaculis, non pompis intersint, fugiant convivia publica, maximè ebrietatem omnium vitiorum fomitem ac libidinis provocatricem, popinas, domos, conversationes, & quæcunque sodalitia suspecta devitent. Cap. 15. X. de vit. & honest. Cleric. Recedite, uti legitur Num. 16. v. 26. recedite à tabernaculis impiorum, & nolite tangere, quæ ad eos pertinent, ne involvamini peccatis eorum. Honoris gradus per ambitiones nullatenus appetant, dolos & conjurationes caveant, fugiant odium, æmulationes, obtreccationes, inimicitias, rixas, & invidiam, non vagis oculis, non effreni lingua, aut petulanti fluidoque gestu incedant, sed pudorem & verecundiam mentis simplici habitu incessuque ostendant, obscœnitatem etiam verborum, sicut & operum penitus execrentur, Præpositis quoque & Prælatiis debitam obedientiam præsent, neque ullo jactantiæ studio semetipsos attollant. Nauseant aleas, omnemque lulum, qui fortunâ potius, quam arte regitur, nec tam recreationis & amicitia causa, quam turpis lucri gratiâ instituitur. Cap. 15. X. de vit. & honest. Cleric. Non enim pecunias prodigere, sed in usus pios convertere decet clericum Can. 5. XII. q. 1. Detestentur avaritiæ vitium tanquam cupiditatum radicem, idolorum servitutem, & cunctorum criminum maceriem. Hoc clericos reddit summopere exosos, si terrenis lucris inhiantes magis opes, quàm oves augere desiderent. Cessent ab armorum usu & gestatione, clerici enim arma portantes excommunicari jubentur Cap. 2. X. de vit. & honest. Cleric. & Clement. ne in agro 1. §. quia verò. de stat. Monach. ubi Monachi arma sine licentia Prælatorum intra Monasterii septa tenentes ipso facto pro excommunicatis declarantur. Dolendum sanè foret, si armis superberent, cum ipsorum arma, juxta monitum Apostoli, debeant esse

esse preces & lacrymæ, non gladius: non instrumenta militaria, sed liber oratorius. Ingemisceret Ecclesia, si delectarentur cursu ac recurso & matutino & vespertino per spatiosam camporum planitiem, per montium culmina aut per umbrosa ferarum tecta, & propterea in stallo chori piam fundatorum intentionem adimplere, doctrinæ lectionibus, psalmis, hymnis, canticis jugiter incumbere, & tanquam procuratores animarum & distributores spiritualium orationibus, prædicationibus, aliisque piis operibus, per quæ hominibus salus datur, intendere negligenter. Tria quondam mirabatur Chrylostomus, nempe Christum post mortem surrexisse, cum carne in Cœlum ascendisse, & per duodecim Apostolos piscatores totum mundum convertisse, quadruplicem hujus assignat causam scilicet, pecuniæ contemptum, gloriæ despectum, secularium occupationum segregationem, & terribilium perpeccionem. Peccaret proinde Clericus, si Theaurizaret sibi ex bonis & redditibus Ecclesiæ, sed acquisita male impenderet: si summas ambiret dignitates, sed ambitionem inflaret, & humilitatem deprimeret: superfluis rerum temporalium curis sese immisceret, sed pensum non solveret: suavissimos vivendi modos anxie quæreret, sed certamina pia detrectaret: tali modo cessante causa, cessaret effectus nempe veræ ædificationis, conversionis aliorum, & in pauperes liberalitatis. Pauperes namque semper secum habere solet pius clericus recordans, quod ex piis foundationibus vivat. Hinc jus Pontificium introduxit, quod clerici de bonis intuitu ecclesiæ, cui serviunt, acquisitis, veluti de fructibus beneficiorum suorum, qui congruæ sustentationi supersunt, mortis causa disponere non possit *C. 1. & 2. X. de testament.* partim quia talia bona non alia lege clericis cedunt, quam ut inde sibi necessaria

cessaria percipiant, & post mortem beneficiati saltem pro parte ad Ecclesiam redeant; partim ut avertat eos ab accumulandis opibus, incitetque ad bona superflua liberaliter ad pauperes & pios usus expendenda, Permittit tamen donationem inter vivos ad pios usus. *Can. quod autem. XX. q. 7.* non autem testamenti factionem. In Gallia tamen singulari genio receptum, quod clerici de fructibus beneficiorum liberè disponant, quos Gallos & nunc Germani imitantur, cum se fundent in generali consuetudine, vi cuius etiam ad profanos usus testari sibi licitum credunt, quæ consuetudo, modo fines illius non transgrediantur & congrua portio in pauperes & pios usus erogetur, tolerabilis videtur. De qua materia occasione *Cap. un. de Cleric. non resident. in bto.* pluribus publicè ex cathedra discurret

*NOBILIS ET CLARISSIMVS DOMINVS*

**JO. MICHAEL BERNARDVS**

**Strecker/**

de cuius ortu & studiorum cursu pro more recepto sequentia sunt recensenda. Natus enim Dingelstadii die 22. Augusti Ao. MDCCXVI. Patre Prænobiliss. ac Consultiss. D. JOANNE ADAMO Strecker/ Sacri Cæsarei Palatii Comite ac Regiminis Electoralis per Eichsfeldiam Advocato ordinario. Matre vero D. MARIA AGNETE, ex patre JOH. VRBANO JORDANS, civitatis Braculentis quondam Consule, oriundâ. Horum parentum, quos adhuc in vivis veneratur, prima cura fuit, ut sacri baptismatis fonte lavaretur, levante eum Nobilissimo & Consultissimo D. JOH. MICHAELE Strecker/ Electoralis Satrapie Gleichensteinensis Præsfecto nunc pie defuncto: accrescente ætate prima latinæ fundamenta posuit sub R. D. CHRISTIANO WYCHERPFENNIG, paro-



parochi Seeburgi nunc vigilantissimo, ex post Heiligensta-  
dium missus, quo absolutâ tertiâ grammatices classe sub R.  
M. CHRISTIANO LIEBRECHT S. J. Erfurtum abiit, ubi sub  
R. P. LVDOVICO SCHMID & M. IGNATIO SEITZ, S. J. inferiora  
absolvit, & deinde studio philosophico se applicavit, cujus  
duces habuit Plurimum Reverendum, ac Eximium D. P. BO-  
NIFACIUM LESLIE, Philos. & SS. Theol. Doct., earundemque  
Facult. Assess. & Professore, atque p. t. Monasterii Scot.  
hic Erfurti Superiorem dignissimum. Nec non RR. F. F. HV-  
GOINVM WEHENCKELL & NEBRIDIUM ZYRA, Ord. Eremit.  
S. August. Relicta philosophiâ è re sibi fore judicavit jurispru-  
dentia studiis militare, hinc institutiones Justinianæ sub  
Dn. CHRISTOPH. SPITZ, J. V. D. ad comment. Hoppii excep-  
cepit, repetiitque sub Dn. JOH. IGNATIO TVRIN J. V. D.  
Deinde elegit sibi virum Prænobiliss. & Consultiss. Dn. JOH.  
MICHAELEM ROTERMVNDT, J. V. D. Eminentiss. Prin-  
cipis Electoris Mogunt. Consiliarium Regimin. & Profess.  
Decret. Ord. sub cujus fidelissimâ explanatione pandectas  
ad comp. LAVTERB. bis, cum jure feudali excepit cui etiam  
multum se debere gratâ mente profitetur. In explicandis de-  
cretalibus habuit D. JOH. PHILIPPVM STRAHL, U. J. D. &  
Profess. publ. qui Greneckium ad Jus Can. interpretabatur.  
Absoluto hîc per triennium studio Juridico, Regiam Geor-  
giam Augustam, quæ est Göttingæ, salutavit, ubi sub Præ-  
nobiliss. D. TOBIA JAC. RFINHARTO, Potentiss. Magnæ Bri-  
tanniæ Regis Conf. Aulico, Facultatis Juridicæ Göttingensis  
ordinario pandectas cum Jure Canonico repetiit, & collegia  
MASCOVII, SCHMAVSI, aliorumque sedulo frequentavit,  
præprimis autem juri publico ibidem incubuit sub prænobiliss.  
D. GOTTLIEBIOS SAMVELE TREVERO, Potentiss. M. B. Reg.  
Consiliario Aulico & Prof. J. P. O. Leinana redux patrios re-  
petiit

petiit lares, ubi sub patre practico celeberrimo, per biennium in praxi se exercitavit, cujus jussu Erfordiam reversus petiit examen ad capeffendos supremos jurium honores. Quem in finem literas supplices Ordini nostro, propositum suum honestum proditurus, exhibuit, ejus petitioni igitur gratulandi annuimus & secundum statuta rite instituendi examinis ergo textus ex utroque jure Canonico & civili communicavimus, quos dilucidè non minùs, quàm eruditè enucleavit, atque ad quaestiones & juris difficultates propositas ita respondit, ut omnium calculo dignissimus judicaretur, non modo, quo in Album Candidatorum reciperetur, sed & ad publica quoque specimina pro voto suo obtinendo solenniter instituendo admitteretur. Proinde futuro die Martis IX. Septembris in auditorio Collegii majoris lectionem cursoriam ad rubricatum capitulum habebit, & hac finita, dissertationem inauguralem

DE  
PRÆSCRIPTIONIBVS

publicæ eruditorum censurae subjiciet. Quibus actibus, ut solenniores fiant, Magnificus Dn. Universitatis Rector, singularum facultatum DD. Decani, Assessores, Professores, Doctores, Licentiati, Magistri, & florentissima studiosorum corona interesse velint, decenter rogantur invitantur. Publ. sub Sigill. Facultat. Jurid. d. 7. Septemb. MDCCXXXVIII.



Erfurt, Diss., 1730


ULB Halle  
005 367 816



3

V018







1738, 11

13

FACULTATIS JURIDICÆ  
DECANVS,  
CONR. WILHELMUS  
Strecker, JCTUS,

PRÆFATÆ FACULTATIS ET JVDICII  
ELECTORALIS PROVINCIALIS ASSESSOR, PRO-  
FESSOR COD. PVBLICVS ORDINARIVS, CI-  
VITATIS SYNDICVS ET CONSVL  
PRIMARIVS,

AD

AVDIENDAM LECTIONEM CVRSORIAM  
*ad Cap. consuetudinem. un. de Cleric. non resident. in eccles.  
vel præb. in 6to.*

ET

DISSERTATIONEM INAUGURALEM  
*AD DIEM IX. SEPTEMBRIS, MDCCXXXVIII.*  
LECTOREM BENEVOLVM  
PERHVMANITER INVITAT.

ERFORDIÆ,

Typis JOHANNIS CHRISTOPHORI HERINGII,  
Acad. Typogr.